

salario et conditionibus solitis. Quibus comerclarijs comittantur integraliter, omnia que primo, erant sibi commissa; et ultra illa, ex nunc sit captum pro bono communis, quod de omnibus penis eis spectantibus, quas exigent, habeant quantum. Et quia unus comerclarius, fuit alias factus per gratiam per quatuor annos qui complebit cito, fiant pro modo duo comerclarij, et cum ille compleuerit, fiet tertius cum conditionibus aliorum. Et non possint dicti comerclarij fieri per gratiam ullo modo, uel aliquis eorum, sub pena librarum CC pro quolibet ponente, uel consenciente partem in contrariam, et si consilium est contra reuocatur. 5 10

3

Οὐδέν ὀφφίκιον, καστελλανίας, δικαστικόν, γραφέως, ἢ ὠφέλεια δίδεται ἐν Κρήτῃ πλέον τῶν δύο ἐτῶν. λόγῳ χάριτος ἢ ἄλλως, εἴτε ἐν Βενετίᾳ, εἴτε ἐν Κρήτῃ ὑπὸ τῆς διοικήσεως Κρήτης. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 17^r Millesimo trecentesimo LXIII. Indictionis prima die octauo Junij. 1
Capta. Quia in dando offitia, iudicatus, scribanias et castellanias insule Crete non seruatur equalitas nec ordo factus super hoc per quam medietas, deberet dari, de hinc, et alia medietas de inde, ymo dominatio continue, decipitur, quod non est bene factum, et necessario conueniat corrigi dictum errorem; uadit pars, quod nullum offitium, castellania, iudicatus, scribania, uel beneficium insule Crete possit dari ultra quam per duos annos per gratiam uel aliter ullo modo, in Venetias, nec in Cretam, per regimina Crete, sub pena librarum ducentarum pro quolibet ponente uel consenciente partem in contrarium, saluo semper et reseruato consilio loquente, de offitijs et regiminibus, que fuint in nostro maiori consilio, que non possunt dari, per gratiam nisi per unum annum, sub pena ordinata. Et ut equaliter negotia procedant et seruentur ordines, non possit ullo modo, dari, per gratiam in Venetias, de medietate spectante regimini Crete, alicui persone, uel aliter ullo modo concedi, sub pena predicta librarum CC pro quolibet ponente uel consentiente partem in contrarium uerum si dominatio et consilia terre, aliquo casu deciperentur, ita puod contrafieret predictis, uel alicui eorum, sint tales gratie nullius efficacitae uel ualoris et non obseruentur, per regimina Crete ut est justum et si consilium etc. Omnes. 5 10 15 18

4

*Απόντα τὸν δοῦκα Κρήτης ἀντικαθιστᾷ ὁ πρεσβύτερος τῶν συμβούλων λαμβάνων τὸν τίτλον τοῦ ἀντιδουκὸς μὲ μισθὸν συμβούλου καὶ δῶρα δονκός. Ὡς ἀντικαταστάτης δὲ τοῦ πρεσβυτέρου συμβούλου ὀρίζεται εἰς τῶν ταμιῶν Κρήτης διὰ κλήρου. 1363, Ἰουνίου 8.

F^o 17^r Capta. Quia deficiente ducha Crete, aliquo casu, regimine remanet totum, duobus consiliarijs, quod est cum sinistro multarum personarum, et bonum sit 1